ex hiſ haberentur. traditionem primam ſecundaria traditione heredum uice renouarent. Quorum teſtium ſunt hec nomina. Reginhart. Gerhart. Gerlach. Hertwic. Berthoh. Chuno. et alii. Preter hanc communem utrorumque traditionem. et preſcriptae traditioniſ conditionem. prefata Regilint priuatim pro ſe ſuiſque omnibus tam uiuiſ quam defunctis tradidit sco Bonifacio ſpecialiter in uſus fratrum ſuldenſium ex hereditariiſ parentum ſuorum boniſ octo (167[b]) hubaſ in Negeſtete. cum dimidia parte eccleſie et XX mancipiiſ. Facta ſunt igitur hec omnia. anno dominice incarnationiſ. M°. C. XXVII. Regnante domino Lothario imperatore menſe iunio proxima die poſt feſtum sci Bonifacii. Preterea idem Gerlahus de tulba miniſterialiſ huius eccleſie ſeorſum ceteriſ omnibus que obtulerat. predium quoddam in Koten quod ab hiſ quibus hereditate legitime proprietatiſ obuenerat dato precio coemptioniſ redemerat. libera et abſoluta poteſtate in uſum fratrum ſce ſuldenſis eccleſie ob eternam ſui memoriam delegauit sco martiri Bonifacio. ea condicione. ut fratreſ ſepedicti monaſterii poſt mortem eius in die anniuerſarii eius caritatem inde haberent. et fraternitatiſ eorum orationibus adiuuari queat. et fideliſ eius oblatio ad recordationem ſui et ad interpellandum pro eo ſummum iudicem predictos fratreſ ſepius ac ſtudioſius incitaret. He ergo omneſ traditioneſ a fideli uiro Gerlaho. et a deo deuota eius femina peracte ſunt in fulda ad portam sci petri apoſtoli coram abbate Heinrico. et cunctis fratribus ſuldenſiſ congregationis. Cuius traditioniſ et preſcripte conditioniſ teſteſ ſuere prefatus domnus abbaſ Heinricus. Werenheruſ decanus. Berthohuſ prepoſitus. Cunradus camerariuſ. Sigifriduſ oſtiarius monaſterii. Trageboto lagícus. et alii multi miniſteriales eccleſie. Videnteſ itaque fratreſ tantam deuotionem uiri et femine quia cum omnibus que habuerant ad deum confugerant. iuſſerunt hec omnia diligenter in carta conſcribi et ſigillo sci Bonifacii patroni noſtri fideliter inſigniri.

(176[a]) 70. De oblatione Berthohi in Aſcbeche [1]).

Omnium fidelium chriſti pateat cognitioni. quatenuſ cum Berhtolduſ quidam mileſ nobilis et ſtrenuuſ de Iſinacha in Boemia occubuiſſet gladio. heredeſ illius bene memoreſ defuncti cari ſui. corpus eius ad uenerabile fuldenſe monaſterium tranſlatum. ſupplici prece rogabant fratres eiusdem monaſteríí. ut memoreſ dignarentur eſſe defuncti cari ſui. et pro abſolutione illius anime oblationeſ ſuas dignarentur ſuſcipere. atque eius corpuſ cum ceteriſ fidelibus in cimiterio eccleſie ſepelire. Quorum peticionibus fratreſ monaſterii annuenteſ et ſolita pietate miſericordiam adhibenteſ. decreuerunt eorum oblationeſ benigne ſuſcipere. et cari ſui corpus debita cum ueneratione ſtudioſe in atrio eccleſie ſepelire animamque illius officioſe deo commendare. Suſcepto igitur corpore celebratiſque exequiis ex more ſollempniter impenſiſ. parenteſ eius et cognati cum multitudine militum qui aderant accedenteſ ad altare sci Bonifacii mar-

[1]) Schann. tradit. 645.

tirif. prompta et intima uoluntate obtulerunt predium quoddam in Afcbeche pro eterna commemoratione cari ſui. quod dum uiueret iure ac lege proprietatis idem ante poſſederat. et morienſ nobis in memoriam ſui allegari petiit. Teſtes ſunt huius tradicioniſ omneſ qui aderant. Traditum igitur ipſum predium ſine ullius contradictione annuatim reddit ſolidos XVIII.

(177ᵃ) 71. De oblatione Heriborti in Suntheim [1]).

Cunctis xpi fidelibus notum eſſe uolumus. Heribortonem de Suntheim huius sce fuldenſiſ eccleſie miniſterialem. cum eſſet ſine liberiſ. nos fratres eiusdem eccleſie ſibi feciſſe heredeſ ea conditione. ut ſui ſemper apud deum memoreſ eſſemus. et ut memoria illius per nos deo commendetur. et bona eius uoluntaſ tam futuriſ quam preſentibus in benedictione habeatur. Iſte inquam cum ob ſpem uite eterne ad ſepulchrum domini iter dirigeret bona ſua que ei proprietatiſ iure ceſſerant. in Suntheim. et Northeim et Mittelendorf in manum Cunradi de Nithartesſhuſen. et Bern de Northeim. Sigelohi quoque de weſtheim multiſ preſentibus ea ratione allegauit. ut ſi a cepto itinere ulterius non rediret. eadem bona ſua ad altare sci Bonifacii domini ac patroni ſui cum .XII. mancipiis eius delegarent. Et ſi quiſ eorum trium prior de morte illius certus efficeretur. ſtatim etiam aliiſ neſcientibus delegaret. et alii hoc factum pro rato ducerent. Decreuerat autem beatus ille reditus bonorum ſuorum utilitati fratrum in memoriam ſui cedere. mancipia uero ad cenſum altariſ pertinere. Igitur ut finem uite illius Sigilohus percepit. quod fide promiſit. et manu percepit. ad altare sci Bonifacii in uſum fratrum delegauit. Quod et poſtea chunradus ſimiliter fecit. Porro cum ipſa bona noſtra beneficiiſ eccleſie que idem etiam poſſederat immixta essent dominus Heinricus heruelden ſiſ qui tunc et noſter abbaſ fuerat. eadem beneficia nobis fratribus in ſui recordationem tradidit. Teſteſ ſunt Gotefridus comeſ et frater eius Boppo comes. et alii multi. — XXX ſolidi.

(182ᵇ) 72. De oblationibus Tutoniſ cellerarii [2]).

Notum ſit cunctiſ. xpi fidelibus preſentibus ac futuriſ. qualiter pie memorie Tuto cellerarius fratrum licentia abbatiſ ac frm nouale quoddam in Hagebach nouauit. quod XXII" ſolidoſ perſoluit. Ex hiſ .X. ſolidoſ ad commemorationem anniverſarii eius fratribus dari conſtituit. cetera ad communeſ fratrum utilitateſ deputauit. Item idem occupauit et aliam uillam quam appellauit Tutenhagen cui adiacenſ ſuit quoddam bonum nomine Echenhou. quod a cognato ſuo Gerlaco de Bramfirſt redemit. et fratribus in memoriam illius deputauit. et partem illiuſ ad hoſpitale dedit. partem ad hoc conſtituit. ut in honore sci Nicolai cum tribus ſolidis uinum fratribus ad propinandum in ipſius

[1]) Schann. tradit. 636. [2]) Schann. histor. Fuld. I, 46.

festo comparetur. Idem uir beatuſ largus atque munificuſ. et fraterne caritatiſ affectu plenus. emit etiam quoddam predium in Suntheim per ebonem parrochianum a quodam uiro nomine Ortwin. quod .V. ſolidoſ reddit. et in Scundera duoſ fratreſ cum prediolis ſuis eccleſie conquiſiuit. qui duoſ ſolidos annuatim perſoluunt. Sed et molendinum infra urbiſ muroſ edificauit. et alia molendina. que sunt ultra aquam. combuſta in melius reformauit. Villam quoque giſelaha. que prorſus defecerat. et in ſolitudinem redacta fuerat. multo labore reparauit. et in fratrum uſum reſtituit. Iſte ergo ſicut prediximus uir beatus et omni bono (183ª) opere plenuſ non ſolum in exterioribus utiliſ ac neceſſariuſ fuit. hoc eſt in edificiiſ .in noualibus. in agricultura. in coemptione prediorum. ſed et interius id eſt in eccleſia in hiſ que ad deum et diuinum pertinent miniſterium quam utiliſ fuerit ſatis manifestum est omnibus fratribus in hoc monaſterio. et manifeſtius adhuc futuris fidelibus cum fructus bonitatis eius de die in die ſupercreuerit et aucmentatus fuerit. Denique et ipſe felix comparauit eccleſie de ſuo labore treſ caliceſ argenteoſ. quorum maior .V. marcaſ argenti abſque auro. alter .IIII. marcas. tercius unam marcam habet argenti. Quatuor etiam caſulas ualde bonas de pallio optimo conquiſiuit eccleſie. unam ex hiſ de albo pallio optimo cum aurifrigio ornatam. Treſ albaſ. et unum cingulum ex pallio. Vnum librum miſſalem quem propriis manibus deſcripſit. cum lectionario et euangeliario. et unum collectarium cum coopertorio piſcino. Cappam unam ualde bonam ex pallio purpureo cum lato aurifrigio eccleſie comparauit in ornatum fratrum. Campanam unam fundi iuſſit que conſtat ex XVIII. centenariiſ. quam .XVI. marciſ comparauit. Vineam unam extra muroſ urbiſ fundauit. et ad uſum eccleſie et fratrum eam deputauit. Stolaſ .IIII. unam ualde bonam ex argento. Antiphonarium cum graduali. et pſalterium. atque breuiarium conſcribi iuſſit. Menſale optimum cum manutergio et cipho argenteo ipſemet nouiſſime ſuper aram sci Bonifacii obtulit. Super hec omnia etiam ad deſcribendum librum iſtum membranam impendit.

(183ᵇ) 73. De oblatione Ertagi cuiusdem nobilis uiri [1]).

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Nouerint fideleſ tam futuri quam preſenteſ qualiter ego Ertâg sco xpi martiri Bonifacio curtem meam in Tutenhuſen cum omnibus pertinentiiſ eius trado. et in Fladecheim manſuſ .VII. et iugera LXX.IIª. et haſ uillaſ. wicbrahterod. Nuwenrot cum omni utilitate ad haſ pertinente. Duoſ etiam miniſtros meoſ quorum nomina ſunt. Hecil. et Ecelin. cum omni poſſeſſione eorum trado fratribus fuldenſis monaſterii ſub tali pactione. ut in curte eorum optimo iure ſeruiant eiſ abſque obpreſſione et contradictione. Inſuper ancillam meam nomine winizam uxorem Geizoniſ cum predio ſuo in Hewineſhuſen ea trado condicione. ut ſi liberoſ habeant

[1]) Piſtorius 586, 1. Schannat hat aus dieser Urkunde u. cap. 64 eine Urkunde unter Nr 591 gemacht.

in curte fratrum ſeruiant. Sin autem ab ipſo beneficio cenſum perſoluant ſicut et alii ad Tutenhuſen pertinenteſ. Hanc tradicionem ego Ertâg certiſſima pactione facio. ut ſemper in anniuerſario depoſitioniſ mee fratribus ſuldensibus ſeruicium inde caritatiſ inpendatur. et coram ſingulis altaribus candele ſingule accendantur. et uigilie ac miſſe pro remedio anime mee a fratribus perſoluantur. Acta est hec tradicio anno ab incarnatione domini .DCCCCXXC. kal. mai. Regnante Ottone ruſo imperatore coram werenhero fuldenſi abbate. Hanc tradicionem ſi quis uiolauerit aut inſregerit. aut aliquo modo a fratrum fuldenſium utilitate acceperit. a cetu ſanctorum extorris eterne gehenne incendiiſ a iuſto iudice deputetur.

(184a) 74. De oblatione villicationis in ottenhuſen[1]).

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus chriſtianis. qualiter villicatio noſtra in Ottenhuſen uera et certa traditione antiquorum principum. primum quidem marchioniſ Ottonis. poſtmodum uero domini Ertâgi. ceterorumque principum ſaxonie sco Bonifacio martiri donata et legitime delegata. ad noſtra peruenit tempora. Nouiter uero cum multorum circumſidentium uiolentia pro ſui a nobis remotione deuastaretur. et obprimeretur. ipſam duci ſaxonie Heinrico in tutelam commiſimuſ. cuius defensione noſ tueri ibidem poſſe ſperauimus. eo quod et ipſe fateretur quod idem bonum de oblationibus antiquorum parentum ſuorum haberemus. Illo uero in negotiiſ regni occupato. recentiora mala nobis illic emerſerunt. Quibuſ alio ordine contraire et feſtinanter occurrere ex conſilio ſeniorum ratum et utile duximus. Fuit quidem hec cauſa talis. Nam due uille noſtre wiſeſelt ſcilicet et Seuelt ſuper ripam wiſere fluminiſ altrinſecus ſunt diſpoſite. tam cultura agrorum quam captura piſcium nobiſ utileſ. antiqua conceſſione priſcorum principum ſaxonie nobis attribute et habundantia piſcium quam maximum commodum dantes de maceria quae ibidem per medium fluminiſ diſpoſita est. uſui nostrae eccleſiae s. cedenteſ. que maceria uulgo vah uocatur. Porro Lutolfo de caſſele medium eiusdem macerie ſibi uendicante pro foreste Sulgo adiacente (184b) beneficiali iure a duce ſibi cedente. Noſ tandem dei gratia per dominum Reginoldum cancellarium regiſ a predicto Lutoldo illud iterum in integrum recepimus. ſicque ab hac moleſtia liberati ſumus. Videnſ ergo idem cancellarius eandem uillicationem parum noſtrae utilitati cedere. ſibi autem de copia piſcium pro ipſa uicinitate utilem fore. ſibi hac interpoſita ratione concedi poſtulauit. ut quamdiu maiori dignitate illius temporis ſuffultus non eſſet. loco uillicationiſ eandem uillam ita procuraret. ut annuum reditum tam in cenſu quam in piſcibus ſtatuto tempore nobis perſolueret. et diſperſa congregaret. ſubtracta requireret. deſtituta redintegraret. et in hiſ omnibus nihil detrimenti nobis aſſcriberet. adiicienſ et hoc. ut ſi uno anno propoſita negligeret. uel diuina diſpoſitione

[1]) Piſtorius 586, 51. Schann. Buchon. 324.

ad altiora conſcenderet. ipſa uillicatio ab eo libera et abſoluta nobiſ ſine ullo impedimento uacaret. nec uel tunc uel nunc predictuſ germanuſ illiuſ .L. aliquid de ea ſe intromitteret. uel permiſſione ipſiuſ quouis modo ſibi adtraheret. uel reconſignata repeteret. ſed noſtra nobis liberrime ab omni diſpoſitione illius redirent. Conſulenteſ ergo nobis ex qualitate temporiſ. et ex eo quod idem cancellarius ſpiritaliſ frater noſter eſſet. attendenteſ etiam hoc in curia imperatoriſ in multiſ nobis prodesse. annuente .M. abbate ſecundum preſcriptum modum eandem uillicationem illi commiſimus. nec tamen a commendatione qua duci H. eam commiſimus deſiuimus. Acta ſunt hec (a). dominice incarnationis M°. C°. L.VII. ind. V. Regnante Friderico imperatore. sub abbate Marcuardo.

(186ᵃ) 75. De oblatione Gerhardi de Vargalaha [2]).

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus qualiter ego Gerharduſ de vargalaha indignuſ licet de dei miſericordia. cum Chunigunda chriſtianiſſima coniuge mea. dominis et fratribus meiſ. huius sanctae fuldenſis congregationis conuentuſ. coniuncti ſumus omnibus beneficiiſ. tam prebendae quam elemoſinarum cum integritate fraternae orationis. Videnteſ enim labiliſ huius manſioniſ inſtabilitatem ſpei bonae fiduciae inhianteſ et ad ſupernae beatitudiniſ inmortalitatem tendenteſ. ad quatuor talenta in villa quae dicitur Tunnaha de beneficio meo quod ab anteceſſoribus meiſ iure hereditario uſque modo ſine querela poſſedi et poſſideo pro remedio animae meae. uxoriſ et filiae omniumque anteceſſorum meorum domino omnipotenti sanctoque Bonifacio dimittimus et offerimus ac tradimus dominiſ et fratribus noſtriſ in oblationem. hac uidelicet conditione ut ſic ad loca ſacra diuidatur. In urbe ergo fratribus maioriſ eccleſiae in ius caritatis animarum quod uulgo Selgerêth dicitur duo talenta ordinamus. Fratribus de monte sce Marie unum talentum. Fratribus de sco Michahele dimidium talentum. in iuſ prefatae caritatiſ ad anniuerſarium meum et uxoriſ meae annuatim celebrandum hec omnia determinamus. Porro ad hoſpitale predicti montiſ quinque ſolidoſ. ad illuminan(186ᵇ)dam sci Michahelis cryptam .V. ſolidos ſtatuimus dari. et in prefatis lociſ nomina parentum patrum uidelicet et matrum. fratrumque noſtrorum in libro fraternitatiſ uolumus annotari. Haec quidem post deceſſum noſtrum ita diuidenda tradidimus. Quamdiu autem ambo ſuperſtiteſ ſumus .XII. denarii in urbe. VI. in monte. V. ad sanctum michahelem interim dabuntur a nobis ſinguliſ anniſ. ad memoriam initae fraternae conditionis. Inminente uero exitus noſtri tempore duo uel treſ fratres nobis mittantur. qui corpora noſtra condiant. animaſ noſtraſ deo commendent. faciantque ut corpora noſtra cum honore fuldam ſepelienda deferantur. Quod ſi ego uel uxor mea mundum relinquere uoluerimus. claustrum domini sancti Bonifacii in urbe mihi pateat. uxor uero mea de urbe prebendam accipiat. et in preſato

---

[1]) Schann. tradit. 633. [2]) In der Handschrift fehlt ein X.

monte sce Mariae aliam habeat. et in eodem loco condigna habitatione recipiatur. Si autem altero defuncto uel conuerso alter uel altera mundum diucius inhabitabit. qui superstes fuerit quod definitum est ad prefata loca dimidiabit. post cuius finem possessio tota sicut diuisum est in seruicium dei secundabit. Haec traditio facta est anno millesimo .C°. XXXIV [1]) ab incarnatione domini. anno Cunradi abbatis I°. presente ipso abbate et omni congregatione. Huius rei testes sunt Werenherus decanus. Ditmarus prepositus. Wiggerus camerarius. Ioannes scolasticus. Berhtoldus. Herstalduf. Ruggerus. Dimarus. et omnis congregatio.

(191ª) 76. De gestis domni MARCVARDI abbatis [2]).

In nomine sce trinitatis. et indiuidue unitatis. Ego Marcuardus dei gratia preordinante humilis sce Fuldensis ecclesie dictus minister. omnibus xpi fuisque fidelibus gratiam et eternam salutem in xpo. Nouimus non esse nostri iuris propriam commendare personam. cum scriptum sit. Laudet te of alienum non tuum. Sed quia deo iubente et annuente ex pura conscientia loquor. audienda sunt. que non solum ad commendationem sed etiam ad defensionem mei depromo. ne forte ea que bona intentione feci. aliqui detractores operum meorum in sinistram partem deriuentur. et fiat illis in scrupulum perdicionis quod factum est a me simplici ex corde pro defensione mihi credite ecclesie.

Igitur ex quo primum intraui per domini gratiam. et regis Chunradi urgente imperio. et fratrum totiusque huius plebis compellente electione. cepi quomodo deo adiuuante iam desolatam hanc. et pene ad nichilum redactam ecclesiam ab inuasione et direptione quorundam possem liberare. Erat enim uere uidere miseria. quod tam nobilis (191ᵇ) locus. et omnibus fidelibus adamatus atque exoptatus ad tantam negligentiam deuenerat. ut non esset in omni apoteca fratrum uel abbatis unde possent fratres tam uenerande congregationis per diem sustentari. Nec mirum. Nam laici habebant inter se omnes huius monasterii uillicationes. et quod uolebant dabant. quod uolebant retentabant. Hac inquam occasione maxima distractio primum facta est huic ecclesie. Nam quicumque laicorum aliquanto tempore habebat inter manus uillicationem huius abbatie. optimos exinde sibi excepit mansos. eosque pro beneficiali iure in suos hereditauit filios. ita ut aliqua uillicatio plures amitteret hubas quam retineret. Et uillicatio que debebat seruire in monasterio ad .XIIII. dies. uix .VII. seruiret. Et que .VII. uix tres dies. uel prorsus nichil seruiret fratribus. Erat e regione altera et multo intolerabilior miseria. Principes diuersarum regionum sumebant sibi de adiacentibus sibi ecclesie bonis quantum sibi bonum uidebatur et habebant sibi quasi pro beneficio. nullo eis prohibente uel contradicente. Qui autem pauperiores erant. faciebant sibi noualia et uillas in nemoribus et forestibus sci Bonifacii. Quid dicam de familia ecclesie que ubius terrarum in direptionem

[1]) In der Handschrift fehlt ein X. [2]) Vergl. Broweri antiquit. III, 18. Schann. hist Fuld. II, 187.

ad altiora conſcenderet. ipſa uillicatio ab eo libera et abſoluta nobiſ ſine ullo impedimento uacaret. nec uel tunc uel nunc predictuſ germanuſ illiuſ .L. aliquid de ea ſe intromitteret. uel permiſſione ipſiuſ quouis modo ſibi adtraheret. uel reconſignata repeteret. ſed noſtra nobis liberrime ab omni diſpoſitione illius redirent. Conſulenteſ ergo nobis ex qualitate temporiſ. et ex eo quod idem cancellarius ſpiritaliſ frater noſter eſſet. attendenteſ etiam hoc in curia imperatoriſ in multiſ nobis prodesse. annuente .M. abbate ſecundum preſcriptum modum eandem uillicationem illi commiſimus. nec tamen a commendatione qua duci H. eam commiſimus deſiuimus. Acta ſunt hec (a). dominice incarnationis M°. C°. L.VII. ind. V. Regnante Friderico imperatore. sub abbate Marcuardo.

(186ª) 75. De oblatione Gerhardi de Vargalaha [2]).

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus qualiter ego Gerharduſ de vargalaha indignuſ licet de dei miſericordia. cum Chunigunda chriſtianiſſima coniuge mea. dominis et fratribus meiſ. huius sanctae fuldenſis congregationis conuentuſ. coniuncti ſumus omnibus beneficiiſ. tam prebendae quam elemoſinarum cum integritate fraternae orationis. Videnteſ enim labiliſ huius manſioniſ inſtabilitatem ſpei bonae fiduciae inhianteſ et ad ſupernae beatitudiniſ inmortalitatem tendenteſ. ad quatuor talenta in villa quae dicitur Tunnaha de beneficio meo quod ab anteceſſoribus meiſ iure hereditario uſque modo ſine querela poſſedi et poſſideo pro remedio animae meae. uxoriſ et filiae omniumque anteceſſorum meorum domino omnipotenti sanctoque Bonifacio dimittimus et offerimus ac tradimus dominiſ et fratribus noſtriſ in oblationem. hac uidelicet conditione ut ſic ad loca ſacra diuidatur. In urbe ergo fratribus maioriſ eccleſiae in ius caritatis animarum quod uulgo Selgerêth dicitur duo talenta ordinamus. Fratribus de monte sce Marie unum talentum. Fratribus de sco Michahele dimidium talentum. in iuſ prefatae caritatiſ ad anniuerſarium meum et uxoriſ meae annuatim celebrandum hec omnia determinamus. Porro ad hoſpitale predicti montiſ quinque ſolidoſ. ad illuminan(186ᵇ)dam sci Michahelis cryptam .V. ſolidos ſtatuimus dari. et in prefatis locis nomina parentum patrum uidelicet et matrum. fratrumque noſtrorum in libro fraternitatiſ uolumus annotari. Haec quidem post deceſſum noſtrum ita diuidenda tradidimus. Quamdiu autem ambo ſuperſtiteſ ſumus .XII. denarii in urbe. VI. in monte. V. ad sanctum michahelem interim dabuntur a nobis ſinguliſ anniſ. ad memoriam initae fraternae conditionis. Inminente uero exitus noſtri tempore duo uel treſ fratres nobis mittantur. qui corpora noſtra condiant. animaſ noſtraſ deo commendent. faciantque ut corpora noſtra cum honore ſuldam ſepelienda deferantur. Quod ſi ego uel uxor mea mundum relinquere uoluerimus. claustrum domini sancti Bonifacii in urbe mihi pateat. uxor uero mea de urbe prebendam accipiat. et in prefato

[1]) Schann. tradit. 633. [2]) In der Handschrift fehlt ein X.

monte sce Mariae aliam habeat. et in eodem loco condigna habitatione recipiatur. Si autem altero defuncto uel conuerso alter uel altera mundum diucius inhabitabit. qui superstes fuerit quod definitum est ad prefata loca dimidiabit. post cuius finem possessio tota sicut diuisum est in seruicium dei secundabit. Haec traditio facta est anno millesimo .C°. XXXIV [1]) ab incarnatione domini. anno Cunradi abbatis I°. presente ipso abbate et omni congregatione. Huius rei testes sunt Werenherus decanus. Ditmarus prepositus. Wiggerus camerarius. Ioannes scolasticus. Berhtoldus. Herstalduf. Ruggerus. Dimarus. et omnis congregatio.

(191ª) 76. De gestis domni MARCVARDI abbatis [2]).

In nomine sce trinitatis. et indiuidue unitatis. Ego Marcuardus dei gratia preordinante humilis sce Fuldensis ecclesie dictus minister. omnibus xpi fuisque fidelibus gratiam et eternam salutem in xpo. Nouimus non esse nostri iuris propriam commendare personam. cum scriptum sit. Laudet te os alienum non tuum. Sed quia deo iubente et annuente ex pura conscientia loquor. audienda sunt. que non solum ad commendationem sed etiam ad defensionem mei depromo. ne forte ea que bona intentione feci. aliqui detractores operum meorum in sinistram partem deriuentur. et fiat illis in scrupulum perdicionis quod factum est a me simplici ex corde pro defensione mihi credite ecclesie.

Igitur ex quo primum intraui per domini gratiam. et regis Chunradi urgente imperio. et fratrum totiusque huius plebis compellente electione. cepi quomodo deo adiuuante iam desolatam hanc. et pene ad nichilum redactam ecclesiam ab inuasione et direptione quorundam possem liberare. Erat enim uere uidere miseria. quod tam nobilis (191ᵇ) locus. et omnibus fidelibus adamatus atque exoptatus ad tantam negligentiam deuenerat. ut non esset in omni apoteca fratrum uel abbatis unde possent fratres tam uenerande congregationis per diem sustentari. Nec mirum. Nam laici habebant inter se omnes huius monasterii uillicationes. et quod uolebant dabant. quod uolebant retentabant. Hac inquam occasione maxima distractio primum facta est huic ecclesie. Nam quicumque laicorum aliquanto tempore habebat inter manus uillicationem huius abbatie. optimos exinde sibi excepit mansos. eosque pro beneficiali iure in suos hereditauit filios. ita ut aliqua uillicatio plures amitteret hubas quam retineret. Et uillicatio que debebat seruire in monasterio ad .XIIII. dies. uix .VII. seruiret. Et que .VII. uix tres dies. uel prorsus nichil seruiret fratribus. Erat e regione altera et multo intolerabilior miseria. Principes diuersarum regionum sumebant sibi de adiacentibus sibi ecclesie bonis quantum sibi bonum uidebatur et habebant sibi quasi pro beneficio. nullo eis prohibente uel contradicente. Qui autem pauperiores erant. faciebant sibi noualia et uillas in nemoribus et forestibus sci Bonifacii. Quid dicam de familia ecclesie que ubiuis terrarum in direptionem

[1]) In der Handschrift fehlt ein X. [2]) Vergl. Broweri antiquit. III, 18. Schann. hist Fuld. II, 187.

expoſita eſt omni rapienti et dicenti. Meus es tu. meus es tu. ego te in (192ª) beneficium acquiſiui? Hec et hiſ ſimilia et multo maiora. ac grauiora mala urgebant preceſſores noſtroſ uendere et dilapidare uaſa et utenſilia domus dei et dilacerare ac diſcerpere ornamenta eccleſie. quando cogebat eoſ neceſſitas ſeruire regie atque romane curie. quia abbatie totius utilitas in manu laicorum poſita fuit. Et ſi aliquiſ eiſ contradicere uellet abbatum. ac iudiciali lege placitum facienſ iuſticiam ab eiſ exquirere cepiſſet. ingenioſa et callida argumentatione iuriſ ſui quod lehenreht nominant anguiſ more de manibus elapſi per amfractuſ ſermonum ſine ſuo diſcrimine diffugiunt. Hoc ergo omne periculum et eccleſie mihi commiſſe diſpendium pro manibuſ et pro oculiſ habenſ cepi mecum tractare quid facto opus eſſet. preſertim cum mihi multe naſcerentur contrarietateſ et contradictioneſ. ſi quicquam horum mutare uel prohibere uellem. Primum ergo conſilium a deo queritanſ totum me ei commiſi. qui ſolet in periculiſ ſubuenire. Statim pie conſolatus in tantam mentis conſtantiam deueni. ut pro nichilo ducerem quamlibet aduerſitatem. tantum ut ſtans pro domo dei aliquid poſſem prodeſſe in rebus requirendiſ et retinendis ſeu recipiendiſ ab inportuniſ et maliſ hominibus. Conſilioque habito ex auctoritate domini pape Eugenii. et precepto domini mei regiſ Chunradi nulli hominum uel miniſterialium meorum quicquam niſi quod ſuum eſt in beneficio preſtiti. (192ᵇ) Ceterum ſi quid haberet ex inuaſione ſeu ex rapina de boniſ eccleſie ad manuſ contradixi. Villicationeſ meiſ laiciſ interdixi. quaſ ſtatim cum fratribus meiſ et cum quibusdam ruſticiſ ſicut mihi ratum et conſultum uidebatur diſpoſui. Vnde ſtatim quia prima coitio acerrima eſt magnam contradictionem etiam occiſionem meorum et oculorum excecationem et ſanguiniſ effuſionem ab importunitate quorumdam pertuli. Sed quid multiſ opuſ? Deus omnipotenſ cui me et omnia mea commiſi. ipſe dedit in meiſ miram et incredibilem uictoriam de inimiciſ. et hoſtibus eccleſie. ita ut multiſ magnum quid uideatur. quod homo ſine parentum adiutorio. aduena et alienuſ in hac terra tanta potuit facere. Sed nemo miretur. Noſ enim clerici ſiue monachi ſi parentum inſatiabilem ambitionem explere uellemuſ. non ſufficeret nobiſ ad hoc quiuis cum abbatia epiſcopatus. Et tamen forſitan tepide niſi pro ſuo commodo adiuuarent noſ. Sed de hiſ dixiſſe ſufficiat.

Ego Marcuardus cepi edificare caſtrum Biberſtein. non quod conueniat monachiſ niſi in monaſterio habitare. et ſpiritalia prelia exercere. ſed quia munduſ in maligno poſituſ neſcit a malo cedere. niſi per uiolentiam ei reſiſtatur. Cogitabam enim in animo meo. Ecce locuſ caſtri huius. ſi ab aliquo hoſtium eccleſie fuerit deprehenſuſ. omne malum nobiſ ab eo ingeretur. et nonniſi magno detrimento re (193ª) rum et periculo hominum eicietur. Ex hoc cepi illud poſſidere et in uſum eccleſie redigere. et cum fidelibus et monaſterii honorem querentibus militibus diſponere. qui iuramento hoc confirmauerunt. numquam ſe niſi pro honore monaſterii et abbatiſ nec in morte dedere.

Deinde caſtrum quod huic contiguum eſt Haſelſtein nuncupatum. propter latibula ſurum ac latronum qui ſe ibi cum domino Gerlaho tuta ſtatione occultabant. magno meo periculo et eccleſie diſpendio occupaui. et in deſenſionem

bonorum ecclefie cum fidelibus uiris poffedi. et municionef in circuitu difpofui. uillamque ac forum rerum uenalium in fuburbio collocaui.

Porro ut eo familior mihi effet cum imperatore et cum minifterialibuf regni focietatif contubernium. et fi ingrueret bellum. ad eos nobis poffet effe confugium. in caftello regio Bovmineburch[1]) menia collocaui. et municionef firmas conftruxi. et in edificio illo pro honore et defenfione noftre multum laboraui ecclefie.

Sed ne in circuitu loci noftri fuldenfif fcilicet oppidi aliqua a uirif peftilentibus oriretur feditio. quod fepe fit ab hif qui ideo ad caftella confugiunt. ut predam de regione fumentef[2]). . . . . .

(193[b]) ftrenui et fortef erant uiribus. in gratiam receptos in alio caftello in prefidio collocaui.

Et ut per omnia bellorum pericula locum ac populum noftrum in fecuritate et quiete habitare facerem. totam fuldenfium uillam muro firmiffimo circumdedi. ualloque et aggere firmaui. propugnacula locaui. portaf ferrataf ac feratas aptaui. et ipfum populum tam edificiif quam armaturif muniui. et ab iniufta iudicum obpreffione eripui.

Non folum autem in exterioribus curif edificiorum occupatuf propter deum et propter honorem loci et pro animarum atque corporum defenfione quantum potui laboraui. sed etiam in interioribus. id eft in reftauratione monafterii quantum defudauerim. notiffimum omnibus cernentibus effe poterit. Nam tectum monafterii ex plumbo prius factum fed uetuftate collapfum redintegraui et adauxi. campanarium ex optima quadratura conftruxi.

Videns etiam quia fonf aqueductus antiquitate et uetuftate defeciffet. et fratribus noftris ad ablutionem manuum difficilem aut rarum immo nullum interdum preberet meatum. babilef canalef adaptaui. et per plumbeaf harundinef meatum fontif conftantiffime reparari feci. ut nunquam a modo deficeret aqua ebulliens (194[a]) et ad manuf fingulorum fratrum sponte recurrenf. Ex quo etiam aqueductu fontif uenam in curiam meam deriuaui. et lapidem grandem multo labore per murof urbif inductum repleui. Hec de edificiif et municionibus fufficiant.

Sed ut redeam ad primam ingreffionem prouidentie mee: ex quo tempore diuino nutu cepi regere fuldenfem ecclefiam. femper fui intentus ac follicituf qualiter bona ecclefia noftre a diripientibus requirere poffem. Et per dei uoluntatem quantum potui perfeci in eodem hoc negotio. Nam omnef uillicationef circuienf et follicite inquirenf. inueni tandem per fidelium indicia uirorum quantum ubique diftractum fit. Deinde paulatim per fingulos ad hoc negotium accedenf pauca de multif requifiui. Omnef enim diftractionef requirere minime potui. quia omnef minifterialef ecclefie affiftebant fibi. omnef fua querentef non que ihu xpi. Veruntamen in fingulis uillicationibus aliquid obtinui. in

---

[1]) Brower und Schannat schreiben Bemmelburg.

[2]) Die drei letzten Zeilen auf fol. 193[a] und die zwei ersten auf fol. 193[b] sind ausgekratzt, dass kaum einzelne Buchstaben zu erkennen sind. In der Kopie aus dem dreizehnten Jahrhundert fehlt der ganze Abschnitt von Sed ne — in prefidio collocaui.

aliquibus autem plus. in aliquibus uero minuſ. ita tamen ut pauce ſint uillicationeſ in quibus manſum .I. aut duoſ uel .III. aut ampliuſ obtinuerim eccleſie. Poſtmodum uero inito conſilio cum plebe ſeniorum ex fideliſſimis de familia eccleſie uiris circuiui perluſtrando terminos finium tam ſiluarum quam agrorum pratorum atque camporum. Reperique ſic ac requiſiui (194b) cum populari circuitione que dicitur Lantlêita quam pluref manſoſ. agroſ. et prata. ſiluarum quoque marchaſ. campoſ et terminoſ antiquitus iniuſte direptoſ. molendina quoque ſeu loca molendinarum iniuſte detenta. piſcationeſ etiam et aquaſ. aquarumque decurſuſ iniuſte deriuatoſ ab antiqua ſtatione requiſiui. Hec omnia cum requiſiuiſſem et eccleſie fuldenſi cum multo meo labore et periculo obtinuiſſem. cepi multo tempore mecum ſollicite pertractare qualiter ex hiſ boniſ que requiſiui deo et sco Bonifacio potiſſimum ſeruicium et fratribus meiſ utiliſſimam ac neceſſariam conſolationem compararem.

Miſit ergo deus in mentem meam ut cogitarem de fraterna compaſſione. quomodo uidelicet fratres noſtri cena per totum annum carerent. dixique in corde meo. Quoniam deo auxiliante aliqua de multiſ a monaſterio diſtractis rebus requiſiui. uolo ea . . . deo [1]) in fratrum neceſſitatibus impendere. forſitan deo propicio plura pro his et ampliora proſperabuntur in manibuſ meiſ. Dedi igitur ex hiſ que per laboreſ meoſ requiſiui fratribus noſtriſ in ſuplementum cene. de molendino in uilla que dicitur Bremen ſolidos .V. et quartale frumenti et dimidium. De duabus hubis lydorum in eadem uilla. talentum et .I. ſol. et XXX. caſeos. Iſta reddiderunt mihi Boppo et Hertwicuſ fratreſ. De molendino in Raſtorf ſolidoſ[2]) et .II. quartalia frumenti. De Sezelbach talentum et ſolidoſ .IIII. De Huſen . . . . . De Haſelaha talentum et XIIII. ſol. et .II. quartalia frumenti. De Vfhuſen talentum. (195a) De Grozenbach talentum . . . . . De Daftaha . . . . . De Nuenſtat . . . . . De wiſentfelt talentum . . . . . [3])

Denique ego Marquardus dei gratia sce fuldenſis eccleſie diſpenſator ac prouiſor cepi conſiderare ut non ſolum in maiori eccleſia uerum etiam in aliis mihi commiſſiſ celliſ ac prepoſituriſ inter fratreſ meam eternaliter prepararem commemorationem ut ſi quando obirem. fratres ex meo labore conſolationem haberent. et eo libentius et deuotius ac ſtudioſius deo omnipotenti animam meam commendarent. Primum ergo fratribus in Biſcofesberch manſum unum in Sibigeldeſ contradidi. decimationem etiam in uilla Fruenleibeſ. manſum unum in uilla Rodegaſteſ pro alio manſo in Herbrahteſhuſen contradidi. aream unam in uilla noſtra a Tragebotone ſolui et eandem beate Marie contradidi. Manſum unum in Borſaha. XVI. ſolidoſ perſoluentem prefatiſ fratribus noſtriſ in Biſcofeſberc in conſolationem annue recordationiſ mee obtuli. eo pacto. ut terciam partem. id eſt. V. ſolidoſ fratres sci Michahelif ſinguliſ anniſ in mei commemorationem ſuſcipiant. Porro prepoſituſ sci Michahelif una cum

---

[1]) Zwischen ea und deo ist eine Lücke.

[2]) Die Zahl fehlt.

[3]) Die angegebenen Lücken sind von Eberhard nicht ausgefüllt worden.

fratribus hoc obtinuerunt ut eundem manſum in Borſaha pleniter obtinerent. dato pro eo manſo uno in promcella tantundem perſoluentem. Quo itidem manſo ſuſcepto fratref de Biſcofeſberch (195b) commutauerunt cum eo quoddam molendinum inter Portam et Ruhenbach ſitum. a Gerlaho miniſteriali et filio eius Chunrado.

Item ego Marquarduſ pro remedio anime mee donaui et contradidi fratribus de sco iohanne et sco Andrea in nouo monte predium unum in Rutcharef. ad cenſum XIIII. ſolidorum. eo tenore et pacto ut ſue neceſſitatis et utilitatiſ conſolationem inde agant. et mei tam uiuentiſ quam defuncti memoriam continuatim celebrare ſatagant.

Fratribus quoque de sco Petro qui ſunt in Hugefberch. ego Marcwarduſ sce Fuldenſis eccleſie humilis miniſter pro remedio anime mee obtuli et contradidi in oblationem et annuam conſolationem hubam unam in uilla Sandolfef .VI. ſolidoſ perſoluentem. quam poſtea cum alia huba in Leleſ commutaui. et eandem hubam in Leleſ sco Petro et fratribus noſtriſ ibidem deo famulantibuſ deuote donaui. ea condicione ut mei perpetuo ſint memoreſ in orationibus ſuiſ.

Sororibus noſtris in Tulba deo ſeruientibus pro diuino amore in pfaffenhuſen eccleſiam cum decimis et beneficium quod habuit Gebehardus clericuſ de wirceburch. in hoeheim .III. manſoſ cum uinea. in Ertal treſ manſos lidorum. in Borſaha manſum .I. contradidi [1]).

(196a) 67. Hiſ temporibus opportet dari de cellario abbatiſ caritaſ fratribus tam ad cenam quam ad cibum. id eſt in natiuitate domini. et sci Stephani Iohanniſ. Innocentium in octaua domini. in epiphania. in purificatione s. Marie. in LXXa. et in La. in annuntiatione sce Marie. et s. Benedicti. uinum et caritas ad cibum tantum. et in palmis ad cibum. Sabbato paſce. in uigilia nativitatis dni. et Pentecoſtes prepoſitus prouidebit. In paſcha et pentecoſte IIII. dieſ danda eſt caritaſ de cellario abbatiſ tam ad cenam quam ad cibum. Similiter in aſcenſione dni. et in feſto s. Bonifacii. Iohannis Baptiſtae Petri et Pauli. Symplicii. Laurentii. Wicberti. in aſſumptione s. Marie. et nativitate ipſius. et s. Michaelis et omnium ſanctorum. Martini et Andree. ac s. Sturmiſ nec non in natiuitate Apoſtolorum caritas dabitur fratribus de cellario abbatis. tam ad cenam quam ad cibum. et inſuper ſtaupus de cellario fratrum.

Notandum quod in recordatione fratrum et in memoria s. Hadamari abbatiſ et Cunradi regiſ elemoſine pauperibus et caritas fratribus fieri debet de curia abbatiſ. Inſuper in dedicatione capelle abbatis et in letania maiore fratribus de curia abbatiſ largiuſ feruiatur. Similiter in ordinatione ipſius abbatiſ. quod ubique inſtitutum eſt.

---

[1]) Mit Bl. 195b bricht die vita ab; die auf Bl. 196a befindlichen Notizen sind von einer andern, spätern Hand eingetragen. Schannat hiſtoria Fuld. I, 15 hat die auf die Speisung bezügliche Notiz „ex lacera membrana erutam" mitgetheilt.

Ad lauatorium fratrum dande sunt cuppe. De Spanelo .I. De Biberaha .I. De frickenh. .I. De flidena .I. De Steinaha .I. De Luterenbach .I. De Lutera .I. De Hegenebah .I. Lapidef magifter operif prouideat. Si domus lauatorii uetuftate uel ruina defecerit. de Luterenbah reparabitur. Lebetef. raforia. et cetera ferramenta camerarius fratrum procurabit.

Ifti funt qui porticum inter monafterium et scm Michaelem in cimiterio ad fepulturam fidelium renouare debent. Partem unam .X. pedum cuftos ecclefie prope monafterium. fecundam de kindecello. tertiam de Bruele et Hegenebach. quartam de porta. quintam de frikenh. sextam cellerarius. septimam de Ludera. Octauam de Luterenbah.

De iftis locis dande sunt fpine ad incauftum. De frikenh. VI. modii corticorum. de flidene .XII. De Hegenebah .VI. De ludero .XII. Ligna [1]) uero ac lebetef. coquentef. et cetera neceffaria uillicus abbatif prouidebit.

Tempore hiemali cuftof ecclefie lumen in refectorio et in fcolif et infirmaria prouidebit. cellerarius candelabra. et fcutellas et ciphof et capetaf. camerariuf abbatif cultellof. coclearia. et cingula fratribus procuret.

---

[1]) Schann. hiftor. Fuld. I, 14.

II.

Liber mortuorum fratrum.

(fol. 2ᵃ) 1. Anno ab incarnatione dni DCCCLXIII. menſe Martio XXXI die eiusdem menſiſ conuenit atque conplacuit inter eoſ quorum nomina inferiuſ ſcripta ſunt. ut unuſquiſque illorum ſinguliſ anniſ generaliter pro omnibus uiuiſ .X. pſalteria uel X miſſaſ cantet uel perficiat. Si aliquiſ eorum languore correptuſ infirmetur. ceteri qui potenteſ ſint uiribuſ ſi in uicinitate ſunt poſiti uiſitent eum et ſolatia prebeant. Atque ſi in tanta infirmitate teneatur ut horaſ canonicaſ non poſſit perſoluere. unuſquiſque ualentium ex quo hoc audierit cotidie quamdiu infirmitaſ teneatur .V. pſalmoſ pro eo domino reddere curet. Si quiſ eorum metam huiuſ [1]) reliquerit. unuſquiſque ſuperſtitum pro anima defuncti infra XXX dieſ poſt obitum eius uel poſtquam audierit .III. pſal. et III. miſſaſ. uigilias quoque XII. totidemque ueſperaſ cantet uel cantari faciat. Pro patre quidem et matre. fratribuſ ſororibuſque defunctiſ pſalmoſ .L. et unam miſſam. uigiliam quoque ueſperamque impendat. Pro ceteriſ uero amiciſ defunctiſ eadem pene affinitate coniunctiſ. ordinem XXX pſalmorum perſoluat. In circulo uero anni pro animabus defunctorum unuſquiſque XII miſſaſ. aut XII pſal. cantet uel perficiat. Si duo igitur continuatim id eſt ſi unuſ in alteriuſ XXX diebus moriatur. decantetur eiſ ſimul quae ſupra conſtituimuſ. Singuliſque anniſ generaliter omnium memoriam defunctorum in IIII feria quae conſtat ante palmaſ habeant. et celebrent ieiuniiſ pſalmodiis miſſiſ atque elemoſiniſ. et quod minimum non eſt. conſtituimus. ut nulla ſit inter noſ diſcordia. et ſi oriri coeperit. citiuſ reconciliando euellatur. Si quiſ inter noſ quod abſit ita obduratuſ fuerit. ut nec admonitione duorum uel trium. aut certe omniſ congregationiſ corrigi noluerit. iuxta dominicam ſententiam noſtra priuetur conuentione. Inſuper etiam placuit nobiſ. ut tribuſ uicibus in anno conuentum haberemus noſtraſ ad diſputandaſ neceſſitateſ. hoc eſt in die quando caput ieiunii eſt. et VIII id. iun. et IIII non. nouemb.

Burkhart [2]) com. hitta. Cvnigunt.

(fol. 3ᵃ) 2. Sp. 1. DOMNVS abba haicho [3]). Adalhart. Rhoduuuart. Liutuuart. Rohing. Thancmar. Vuanger. Betto. Vualto. Raban. Thioto. STritgrim. Meginuuart. Thrutgoz. Thiotfrid. Criſtan. Ebermunt. Hugo. Folcrat. Mildeo. Eberin.

[1]) sc. uitae. [2]) Diese drei Namen sind von einer anderen Hand geschrieben. fol. 2ᵇ ist leer. Es fehlen also die Namen der Mönche, welche unter Abt Thioto jene Regel unter sich feststellten. [3]) Haicho war Abt von 917—923. Vergl. Hiſtor. Fuld. cod. probat. p. 142.

Tuto. Albuuin. Gifalhelm. Adaluuin. Offo. Agoz. Ruommar. Hiltiman. Haicho. Nordi. Starcheri. Thiotrih. Harit. Gotafrid. (Sp. 2) hutto. meginhart. helmgoz. thiotbraht. hoger. ermbraht. ruotboto. lantvcho. antger. afo. germunt. helphrih. Voto. engilbraht. gerhoh. farolf. antger. batucho. himilger. liutbraht. gundheri. egilolf. Uualto. brunhart. kriftan. hiltibraht. boto. egilhart. adaluuin. albarat. grinuuart. thiotbald. heidanrih. figihart. afcholf. ernuft. egilbraht. rihbraht. herolt. adalolt. ruodirih. barto. folchart. fibigelt. thiommar. berehthun. berehtraht. Vodalrih. (Sp. 3) thrutgoz. gerbraht. folcbraht. thietrih. meginbraht. adalhart. rihbraht. Eberin. thiotbraht. rihtag. uuerinheri. ratbraht. elting. adalheri. herrih. hadamar. friderat. adalolt. gundheri. figihart. ftarcheri. uuigboto. einhart. cunolt. gerbraht. arfrid. engilhelm. folcger. heriuuart. gerolt. fvitger. errih. marcheri. gerbraht. amalung. folcger. (fol. 3[b] S. 1) Hatto. Rvodrat. Moricho. Hagano. Bernolt. Sarrat. Brun. Ifanleib. Otbraht. Thiotrih. Adalhart. Starcfrid. Hiltibraht. Folcmar. Rihmunt. Heriman. Godebald. Theotmar. Albung. Berenger. Uualtheri. Ruotbraht. Eberhelm. uuignand. Ernoft. Amalrih. Helmfrid. Gundalah. Folcolt. kriftan. Rvolleih. Sigerih. adalbraht. uuihching. Gundheri. hiltibald. Emicho. Ueribraht. (Sp. 2) Hadebrant. Gundalah. Friderih. Thioto. Haicho. Berahtleib. Sigibald. Uuignand. Hiltibraht. Afchirih. Karlman. Albolt. Afcolt. Engilbraht. Gerbraht. Adalolf. Uuoluo. Sigibrant. Meginuuarc. Suuabheri. Hahuuart. Egilbraht. Harit. Rihhelm. Thiotuual. Einhart. Amalbraht. Albnand. Rvotbraht. Irminhart. Geruuin. Friderih. Hartman. uuarman. Adalger. (Sp. 3) Adalger. Geruuart. Adalger. Magolf. Thiotbraht. ermenolt. Gerhart. Rvombald. Starcman.

(fol. 4[a]) 3. Anno [1]) domini DCCXLIIII. primuf pater et fundator fuldenfif coenobii. Styrmi. per annof XXXVI. eundem locum prudenter euexit. Qui apud pibpinum. otmuntefftat. [2]) apud karolum hamulumburg [3]) adquifiuit. fed et inter alia multa utilia. partem fluminif fulde monafterio per aqueductum introduxit. tante utilitatif. ut uix uerbis explicari queat. qui per omnia utilif et laudabilif .XVI kal. ian. ob.

Baugolf. abbaf fecunduf eiufdem loci regimen fufcepit. Qui magnum karolum monafterio uocatum fufceptione et dato honorauit. et apud eum achaz [4]) uillam et dinenheim [5]) adquifiuit. Orientale etiam illud templum mirificum artificiofe conftructum ftudio ratgeref ftrenuiffimi uiri honorabiliter extruxit. Per annof igitur .XXV. idem coenobium nobiliter prouectum. monafteriolum quod ex fuo nomine conftruxit perrexit. VIII id. iun. ob.

Terciuf abbas ratger fapienf architectuf occidentale templum iam accepta poteftate. mira arte et immenfa magnitudine alteri copulanf unam fecit eccleftam. Eo quoque tempore hrabanum. et hatton turonif direxit ad albinum magiftrum liberalef difcendi gratia artef. brunan ad einhartum uariarum artium doctorem peritiffimum. modeftum cum aliif ad clementem fcottum gramma-

---

[1]) V. cod. probat. I. [2]) Wird in den traditiones nicht erwähnt. [3]) Tradit. no. 51. [4]) Wird in den traditiones auch nicht erwähnt. [5]) Tradit. no. 90.

ticam ſtudendi. Hiſ utilitatibus maxime ſtuduit. ſed et auro argentoque coroniſ et lucerniſ et omnibus boniſ. eundem locum. per XVI annoſ nobiliter rexit et prouexit. VIII id. decembr. ob.

Huic ſucceſſit Eigil .IIII. grandeuuſ et ueneranduſ qui idem templum dedicari fecit. et tumulum ſtatueniſ auro argentoque parauit. et corpuſ ſci bonifacii ibi requieſcendum tranſtulit. ſed et aliam eccleſiam in cymiterio rotundam mira arte typice compoſuit.[1]) uno lapidi tota domuſ imminenſ ſubteriuſ. uno lapide tota ſuperiuſ concluſa. quam iure in honorem sci michahelif dedicari ſtatuit multiſque pollenſ profectibus quinquennio rexit. XVII kal. iul. ob.

Abbaſ quintuſ uir ueneranduſ rector et doctor opimuſ.[2]) Rhabanuſ omni dignitate iure ſamoſuſ biſ denoſ annoſ (fol. 4b) abbatiam gubernauit. et tanto ſublimauit honore. ut cunctiſ huiuſ regni lociſ precelleret. fecit aream inſtar arce moſaice cum circuliſ et uectibus ex omni parte auratam propitiatorium. cherubim glorie. candelabrum ductile ex toto auratum. hic conſtituit proceſſionem iocundiſſimam in palmiſ fieri. ipſamque aream cum predicto decore et magna gloria deferri. fecit et ſacrarium. quod ſacriſ. uaſiſ aureiſ et argenteiſ mira arte fabricatiſ pene replicuit. fecit et bibliothecam (quam) tanta librorum multitudine ditauit ut uix dinumerari queant. Omnibus boniſ uiuendo atque operando ſuiſ ſemetipſum formauit exemplum. Sicque cunctiſ utilitatibus abbatiam intuſ foriſque refertam reliquit. et uueſberg quem edificauit[3]) perrexit. Exinde in pontificatum mogontiacenſem ſublimatuſ. uirtutibuſ plenuſ ibidem in pace quieuit. II. non Febr. ob.

Sextuſ hatto bonoſuſ et glorioſuſ aeterna uirginitate preditus ſuſcepit gubernaculum abbatie et per annoſ XII. diſcrete et modeſtiſſime rexit in morem moysi de quo ſcriptum est. Erat mitiſſimuſ ſuper omneſ hominеſ. ſibi ſubdiſiſ diſcretuſ et mitiſ. potentibus autem ſecli ualde et grauiſ (et) aequuſ extiterat. hic magn(a) adimpletum utilitate monaſterium glorioſo uitam fine concludit. II. id. apr. ob.

Hunc ſubſequitur thioto elemoſinariuſ abbas ſeptimuſ et largiflua pietate munituſ. hic inter cetera bonitatiſ ſue opera ſtudio ſibigelti ſtrenuiſſimi uiri. sanctoſ Antonium et eonium martires monaſterio glorioſe aduocauit. et porticoſ inferioreſ adornauit. Ibidemque honorifice requieſcere fecit. hic poſt biſ ſenoſ annoſ abbatiam ad modicum relinquenſ. VII. id. aug. ob.

Succeſſor illiuſ octauuſ abbas beate memorie Sigihart abbatiam ſumpſit et laudabiliter hrabanice gubernauit. vitam ſuam ſuorumque monachice ſecundum regulam uiuendi nobiliſſime regenſ. thecam euangelii auream cum lapidibuſ pretioſiſ ornauit. hic conſtituit anniuerſariam fratrum. eodem die defunctorum cotidie cum tribus pſalmiſ ſtatim post capitulum celebrare. et inter alia multa utilia fecit ponte(m) lapideum (fol. 5a) longum. CXX calamoſ menſure uiriliſ cub... in longitudine habentem. Qui cum XXII annoſ cum omni cautela abbatiam procuraret. relinquenſ eam honoriſice perrexit in monaſteriolum sci

[1]) S. Cap. 27 und Eigil's Leben von Brun (Candidus) in Broweri sidera illustr. et sanct. virorum 20. und Schann. hiſtor. Fuld cod. probat. no. 88. [2]) Schannat hat optimus geſchrieben. [3]) S. Cap. 25.

iohannis ibique uitam ſuam in dei ſeruitio nobiliter ducenſ. non. ſeptembr. diem ultimum clauſit. corpusque eius ad monaſterium delatum cum omni dignitate ſepulture traditum eſt.

Huic uir uenerabiliſ nonuſ abbas hvoggi ſucceſſit. qui per XXIIII annoſ inter multaſ periculorum uarietateſ chriſtianorum et paganorum ſuam ſagaciſſime ſuſtentauit abbatiam. Igitur inter alia bona quam plurima ſanctoſ martyreſ Eobanum et Adalharium aſciuit. et partem corporiſ sci Uiti. ariſque in eorum honore ſtructiſ et dicatiſ honorifice requieſcere fecit. Sancti etiam Eugegii. sanctaeque Florae aliaſque nonnullaſ ſanctorum reliquiaſ colligenſ et in monte dicato templo recondenſ multiſ populorum gaudiiſ conſolationem adhibuit. Hic conſtituit populareſ crucem inter eccleſiaſ forinſecuſ conſtitutaſ omni die dominica portari et ſequi. ſed et ſancti tumulum Bonifacii auro probato et lapidibus pretioſiſſimiſ decenter ornauit. et ſuper aram sanctae Mariae cyborium altum erigenſ et in circuitu cancelloſ. pulpitum etiam per totum auro argentoque parauit. Anteceſſores ſuoſ in multiſ coaequanſ utilitatibus. nouiſſime autem paganiſ monaſterio irruentibus meritiſ sancti Bonifacii audacter ut erat ualde audax et prudenſ diuina ſe protegente gratia reſiſtebat. et de ipſiſ finibus uiriliter eiecit. V. idus Iun. obiit.

Decimus eundem locum nomine et merito abbas helmfrid prudenter et ſtrenue gubernauit. ah. quam paruo temporis ſpatio. annum ſolummodo .I. et menſeſ V. ſed in huiuſ breui temporiſ curriculo multiſ pollebat utilitatibus. Inter haec murum monaſterium ambientem intermiſſum et interruptum totum in circuitu peregit. et in aeccleſia multiſ quae antea ibidem erant lucerniſ ſeptuaginta caereoſ auro argentoque decenter ornatoſ adauxit. Crucem etiam ſecit auream margaritiſ et gemmiſ lapidibusque pretioſiſſimis inſigni decore iſto in regno ut puto iure famoſiſſimam. Omneſ eiuſdem loci abbateſ nimium in dei ſeruitio ſudabant ſicut et ipſe ſuam abbatiam interiuſ exteriuſque ſagaciſſime rẽgenſ diem ultimum. VIII id. decemb. clauſit.

